

præsenti anno, die decimo sexto mensis aprilis Joanni Curiae Notario publico de Alexandria, & audita petitione iuste facta per ipsam D. Biatrinxam, ut supra nominatam, & electam ipsi Domino Præposito humiliter, & devote sibi præsenti se in Prioram monasterii prædicti S. Georgii confirmari, & humiliter ipsam electionem, & nominationem acceptanti, ipseque Dominus Præpositus, ad quem confirmatio Priorissæ ipsius monasterii ut præmittitur spectat ut supra, inclinatus iustæ petitioni ipsius D. Biatrinxæ sic nominatæ, & electæ in ipsius Domini præpositi præsentia ipsam nominationem, & electionem ac præsentationem de eadem Domina Biatrinxina iuste factam, & de ipsius consensu ratam habendo omnibus modis, via, jure, & forma, quibus melius potuit, & potest in ipsa Ecclesia S. Georgii stando ante altare ipsius Ecclesiæ, & monasterii, ipsamque nominationem, & electionem confirmando ipsam D. Biatrinxam præsentem genibus flexis ante altare ipsius Ecclesiæ personaliter constitutam humiliter petentem se confirmari in Priorissam, & se poni in possessionem ipsius, & possessionem de ipso sibi dari per ipsum Dominum Præpositum tamquam dignam, & benemerito electam illis modis, via, & forma, ac auctoritate, quibus melius, & validius potest, & potuit ipsam eandem D. Biatrinxam in Priorissam ipsius monasterii, ut præmittitur confirmet, & confirmavit, ipsamque investiendo de ipso Prioratu monasterii prædicti per libri traditionem, quem in suis tenebat manibus, & alium librum sibi dando pro regula S. Benedicti in signum confirmationis ipsius monasterii, & Priorissæ, & possessionis comprehensæ monasterii sibi datæ, ac dando eidem crucem altaris, & tobalias ipsius altaris in ipsius D. Biatrinxæ manibus, ipsamque ducendo, & sedere faciendo ad locum Priorissarum monasterii jam dicti, ubi solitæ sunt sedere in choro Ecclesiæ prædictæ, & per ipsam Ecclesiam ducendo & ad domos ipsius monasterii sitas in loco Canelarum, & eidem dando, ac dedit eidem possessionem de ipso monasterio faciens eas domos ire, & redire, ostia ferrare, & aperire in signum possessionis vere sibi datæ, & per eam apprehensæ, & faciens in his omnibus, & singulis, quæ de jure, & consuetudine fieri debent, mandans, & jubens de fructibus dicti monasterii sibi responderi debere per quoscunque massarios terrarum, & proprietatum monasterii prædicti, tanquam Priorissæ legitimæ juridice, electæ, nominatæ, & confirmatæ, & in possessionem juridice modo debito juris ordine servato, & secundum juris ordinem, ac etiam in signum hujusmodi possessionis apprehensæ, & sibi datæ eidem dedit in manibus suis claves domorum ipsius monasterii præcipiens, & præcepit D. Genitæ monacæ, seu sorori inventæ in domo dicti monasterii, quod in virtute sanctæ obedientiæ ipsi D. Biatrinxæ obediat, & pariat in licitis, & honestis tanquam Priorissæ suæ, & dicti monasterii. Et de prædictis præfatus Dominus Præpositus, prædictaque D. Biatrinxina fieri jusserunt, & rogaverunt publicum instrumentum præsentibus pro testibus ad hæc Raynaldo Bagaroto, Petrino ambobus de Placentia filio quondam Thomæ, & Gualterio de Brayda

cum sociis D. Joannis Bagaroti Castellani Canellarum, & pluribus aliis. Ego Antonius Navonus de Govono Astensis diocesis publicus Imperiali auctoritate Notarius superscriptum instrumentum jussu, & mandato infra scripti Bernardi Tonsi de Papia Notarii scripsi, & me subscripsi cum appositione soliti signi mei.

Ego Bernardus Tonsus de Papia publicus Apostolica, Imperialique auctoritate Notarius hanc cartam mihi fieri jussam rogatus tradidi, & subscripsi, aliis occupatus ipsam scribi feci per superscriptum Antonium, signum in ea apposui meum consuetum in testimonium præmissorum.

*Jura civitatis Aquensis in loco Cartosii.*

M C C C X X V.

364

Anno Domini MCCCCXXV., indictione III., die I. mensis julii. Actum in castro Cartosii, videlicet apud portam dicti castri præsentibus testibus Petro Barberio, Antonio Bove, & Rolando Ferrariæ omnibus de dicto loco Cartosii ad ista vocatis, & rogatis. Quorum præsentia, meique Notarii infra scripti spectabiles, & egregiæ Dominae Antonia, & Marieta ex Marchionibus Ponzoni, & Domina loci Cartosii, necnon Constantinus Calderarius de Cunico habitator Cartosii, & ibidem Castellani vice, & nomine spectabilis Georgeti de Asinariis mariti, & consortis dictæ Marietæ, ac infra scripti consilarii, & capita domorum dicti loci Cartosii, & nomine totius communis, & singularum personarum creant, & ordinant ipsarum Dominarum, ac ipsius Georgeti, nec non dictorum consiliariorum, & capitum domorum, & totius communis, & universitatis dicti loci Cartosii, & singularum personarum veros, legitimos, & indubitatos nuncios, actores, ac procuratores, & negotiorum gestores, & syndicos, & quidquid de juris beneficio melius, utilius, & validius esse possit Franciscum Pestenatum, & Paganum Rogerium, ambos præsentem, & de Cartosio, & mandatum sponte suspicientes, ad specialiter & expresse confirmandum, approbandum, ratificandum omnes, & singulas conventiones, consuetudines, usantias, & pacta hactenus factas, usitatas, & facta inter commune civitatis Aquis, seu syndicum, vel syndicos ipsius civitatis, & maxime pascuandi, boscan di, & lignamina incidendi in bosco Arbilla posito in posse, & jurisdictione loci Cartosii, cui cohæret mons Mazulinus, flumen Erri, & fossatum Bozolaschi, & si qui alii sunt confines. In quo bosco communitas dictæ civitatis Aquis jus habet, & ad ipsam pertinet boscan di, & pascuandi, tam respectu ipsius communitatis quam respectu majoris, & cathedralis Aquensis Ecclesiæ, & de novo faciendum puram, meram, simplicem, & irrevocabilem donationem inter vivos dictæ communitati Aquis, seu syndico ipsius nomine civitatis de dicto bosco Arbilla, ut supra cohærentiato, seu petiæ ipsius boschi, ac de jure pascuandi, boscan di, & lignamina incidendi in dicto bosco, prout ipsis sindicis communis Cartosii, & communitati dictæ civitatis, seu sindicis videbitur, & placuerit, & ad possessionem ipsius boschi totius